UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Disputatio [et] excusatio F. Martini Luther aduersus criminationes D. Joha[n]nis Eccij

Luther, Martin

[Wittenberg], [1519]

VD16 L 4452

urn:nbn:de:hbz:466:1-32409

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Positiones de indulgentiis
Sermo de penitentia
Resolutiones disputationum de indulgentiis
Ein Sermon von dem Ablass und gnad
Verlegung etzlicher artikel wider den [illegible] Sermon
Ein freiheit des Sermons Martini von indulgentien
alia Silvestri Prieratis contra conclusiones Martini
Responsio Martini ad dialogum Silvestri
Replica Silvestri
Acta Martini Augustensia
Disputatio Eckii et [illegible] Martinum in studio Lipsiensi
Disputatio et excusatio Martini contra criminationes Eckii
~~Oratio Mosellani~~
De ratione disputandi oratio Mosellani
Erasmi epistola ad ducem Saxonie et alia quedam
Resolutio super propositione de potestate pape
Alia resolutio de eadem [illegible]
Resolutiones super propositionibus Lipsie disputatis
Oratio Jo. Langii [illegible] disputationis Lipsiensis
Disputatio prima Eckii et Carolstadii de verbo ad verbum per notarios excepta
in uno libro Disputatio secunda eorundem
Disputatio tercia Eckii et Martini
Epistola Philippi Melanchthonis de eadem disputatione
Excusatio Eckii contra epistolam Philippi
Defensio Philippi contra Eckium
Contestationes [illegible] et [illegible]
Epistola Emseri [illegible]
Ad aegocerotem Emserianum Martini additio
De venatione Lutheriana [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Solutiones doctorum wittenbergensium
Contra condemnatores Vniuersitatis wittenbergensis &
Neuwod. lipzensi & alia quedam
Contra malignum Jo Ekium Iudicium
Ad Jo Ekium Epistola Martini super expurgatione Ecciana
Appellatio Martini luther
Appellatio parisien

Liber primus opusculorum martini luther

Th. 6116.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ERZBISCHÖFL.
AKADEMISCHE
BIBLIOTHEK
LEOSTR. 21
PADERBORN

Vgl. Harrassowitz Lpz. Katalog 328.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Diſputatio ⁊ excuſatio F. Mar-
tini Luther aduerſus crimi-
nationes D. Johãnis
Eccij.

k

m

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Frater Martinus Luther optimo lectori Salutem.

¶ Eccius meus iraſcitur, mi lector, cõſecrauitq́ ſedi Ap̃licę aliam diſputationis ſchedã, plenã irę ſuę & criminationis mei, adiecitq́ prioribus propoſitionibus vnã, fortiter iraſcentem, hoc eſt, niſi timerem diſputationi futurę impedimentum fieri, pulchrã occaſionẽ, maledictis ſuis ſemel reſpondẽdi, Sed oĩa tẽpus habẽt, Hoc nũc ſatis fuerit, ꝙ adductis aliquot ſanctorũ patrũ dictis me hoſtem Eccleſię criminatur, ſic intellige lector, per Eccleſiã Eccius, opiniones ſuas & her[...]n ſuorũ, qui ſudauerũt in indulgentijs, ſignificat, Nam conſecrator eſt Sedis Apoſtolicę, & more opinatorũ heroum ſuorũ loquitur, qui ſcripturę & patrũ verbis, vtuntur, velut Anaxagorę elemẽtis, vt q̃ primũ ea conſecrarint ſedi Ap̃licę, mox tranſſubſtãciata in eorum arbitriũ vocabula (mirum dictu) quodlibet ex q̃libet fiũt, etiã id ſignificare idonea, quę vl' per febrẽ ipſi ſomniãt, vel per muliebris inuidię impotentiã delyrant, deniq́ tam infeliciter ſuę eis cedunt diſciplinę, vt hoc ipm quod bonũ didicerũt, nũq̃ bene intelligant, & iuxta Ap̃l'm, non intelligũt, neq́ quid loquũtur, neq́ de quibus affirmãt, hoc eſt, nec predicatũ cum ſubiecto, nec ſubiectũ cũ predicato in ꝓpoſitione Cathegorica componere docti. Speramus futurum, vt ſimili dexteritate, & alia teſtimonia nobis producturus ſit in futura diſputatione, ne deſit, quod etiam pueri rideant. Speraueram, Eccius didiciſſet ex epiſtola Eraſmi literarũ principis, tũ ex D. Carlſtadij inuicta Apologia, hebetudinem capitis ſui, verum patientia Ecciana vincit omnia, ſatis eſt, ſi cęteris omnibus diſpliceat, ſibi ſaltem & heroibus ſuis placeat.

Q, aũt me hęreticũ & Boemũ conſcelerat, dicens me ignire veteres cineres &c̃. pro modeſtia ſua facit, aut ꝓ officio conſecrationis, qua quicquid conſecrat, conſecratum eſt, nullo alio vſus chriſmate, q̃ veneno linguæ ſuæ.

Tu vero (ne hoc mali nominis agnoſcam) interim ſcias mi lector, me de Monarchia Ro: Pont. non ſpernere, venerabilem conſenſum tot fidelium, per Italiam, Germaniã, Galliã,

Hiſpaniam, Angliã, aliaſq; regiones. Vnũ tm̃ a dño pręcor, ne vnq̃ ſinat me dicere aut ſentire, quod Eccio, qui nunc eſt, placeat, Ne forte pro libero arbitrio Chriſtũ filium dei oſtẽtui habeam, & pro Ro: Ecclesia, Chriſtũ in India & oriente viuere & regnare negẽ, ſeu vt & ego quid enigmatizem feſtiuo huic enigmatiſti. Ne cum Eccio cloacam Conſtantinopolitanam dentro recludam, & de antiquis Aphricę homicidijs, noua celebrem Eccleſię martyria. Nam vt venenati ſui enigmatis ſcandalo non lędaris, Scias, mi lector, inter articulos Ioannis Huſſ cenſeri etiã a nõnullis, hũc, qđ Ro: Pontificis papalem excellentiã a Cęſare eſſe dixerit, qđ & Platina manifeſte ſcribit. Ego vero nõ Cęſareis, ſed pontificijs decretis eandẽ monarchiã ꝓbari, poſui, Ita ſane ipſamet Eccleſia Lateraneñ. i vrbe, de frontis ſuę peripheria cantat, dogmate Papali ſimul & Imperiali ſe eſſe matrem Eccleſiarũ &c̃. noti ſunt verſiculi. Quid igit̃? Neceſſe eſt, vt ipa quoq; Eccleſia Eccio ſit huſſita, & igniat cineres, Deinde quia mandato Papę, conſenſu Cardinaliũ totiꝰ Romę & vniuerſalis Eccl'ię, illa ſic cantat, nihil mirũ, ſi Eccius faſtidiat antiquos cineres, & pro officio conſecrationis ſuę, conſecrare anhelet nouũ holocauſtum ſedi Apl'icę, ſemel Papam, Cardinales, ipſamq; Eccleſiã Lateraneñ. in cineres nouos redacturꝰ. Deo gratia, ꝙ vnus ſaltem Eccius reliquus eſt, qui Catholice ſapiat, ſingulariſſimus ille ſingularitatis perſecutor, cęteris omnibus per virus Boemię perditis, Sed quid mirũ, qđ ſophiſtę eiuſmodi hiſtorias ignorent, qñ ſuas ꝓpoſitiones cathegoricas non intelligũt? Ego quidem hanc materiã nunq̃ tractaui nec cogitaui diſputare, Verũ Eccius iam diu grauiſſima in me exulceratus inuidia, has odioſas eſſe ꝓpoſitiões ſciens, cum in cęteris deſperaret victoriã, hic ſaltem mihi conciliare ſperauit indignationẽ, doctus catulum (vt dicitur) ferire corã leone & ex diſputatione veritatis facere Tragediam inuidię. Sed criminentur quantũ velint, conſecrent ſedi Apl'icę ſuas adulationes, conſecrent ſcamno & ſcabello, conſecrent etiam Ciſtę Apoſtolicę (quãdoquidẽ hęc ad rem indulgentiarũ & Monarchiam maxime oĩm pertinet) Tranſiliant altare ſui Baal, clament voce maiore, deus em̃ eſt, forſitan loquetur, aut in itinere, aut in diuerſorio ẽ, aut certe dormit, vt excitetur. Sufficit mihi quod Sedes Apoſtolica neq; vult, neq; põt quicq̃ cõtra Chriſtũ, Nec in hac re timebo, ſeu Papam, ſeu nomen Papæ, multo minus pappos & puppas iſtas, Vnum ego ſpecto, ne

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nominis mei Chriſtiani ſpoliũ, cedat in doctrinę Chriſti puriſſimę diſpendiũ. Nã hic nolo, vllus meam expectet patientiam, Nolo Eccius querat, nec ſub nigra, nec ſub alba cuculla modeſtiã. Maledicta ſit impię illi9 clemẽtię gloria, qua Achab dimittit Benadab hoſtem Iſrael, Hic ẽm vellem nõ modo eſſe potentiſſimus mordendo (quod Eccio dolet) ſed inuictus quoqꝫ deuorando, quo & Siluestros & Ciueſtros, & Caietanos & Eccios, reliquoſqꝫ fratrores Chriſtianę gratię impugnatores, vno (vt Iſaie verbo vtar) ore deuorare poſſem. Terreãt alium per adulationes & conſecrationes ſuas, Martinus ſacerdotes & conſecratores Sedis Ap̃ł'icę contemnit. Cætera in diſputatione & poſt diſputationem. Sed & D. Andreas Carlſtadius, victor Ecciani erroris iam dudũ, veniet non fugitiuus miles, ſed mortuũ hunc, & a ſe proſtratũ leonem cum fiducia excipiet, tamen interim gaudere permittimus, miſerã conſcientiã, ſimulata ſpe triumphi, & vana minarũ iactancia. Igitur addo & ego meis ꝑpoſitionibus terciãdecimam aduerſariam Eccianę iracundię, Dei fuerit ex ea diſputatione, bonũ ꝓmouere, quã tot malis inuidię & detractionis Eccius contaminat.

Bene vale mi Lector.

¶ Cõtra Nouos & Veteres Errores defendet Martinus Luther has poſitiones ſequentes. In Studio Lipſenſi.

I Quottidie peccat oĩs hõ, ſed & quotidie pœnitet, docẽte Chr̃o, pœnitẽtiã agite. Excepto vno nouo q̃dã iuſto, qui pœnitentia nõ indiget, cũ etiã palmites fructiferos q̃ttidie purget agricola cœleſtis.

II In bono peccare hominẽ, & pctm̃ veniale, nõ natura ſua: ſed Dei miſericordia ſolũ eſſe tale, aut in puero poſt baptiſmũ peccatũ remanens, negare, hoc eſt, Paulũ & Chriſtũ ſemel conculcare,

III Qui opus bonũ aut pnĩam, a peccatorꝝ deteſtatiõe, ante dilectionẽ iuſticię incipi, nec in eo peccari, aſſerit, hũc inter Pelagianos hereticos numeramus, Sed & cõtra ſacrũ ſuũ Ariſtotelem deſipere probamus.

IIII Deus mutat poenã ęternã in tpalem, ſcz Crucis portandę, cuius Canones aut ſacerdotes, nec ſtatuendę nec auferẽdę, habent vllã ptãtem, ꝗꝗ id ab adulatoribꝰ noxijs ſeducti pręſumere poſſint.

V Quilibet ſacerdos debet abſoluere poenitentẽ a poena & culpa, aut peccat, ęque peccat, ſuperior prelatus, ſi occulta ſine cauſa reſeruat rationabiliſſima, ꝗtũlibet vſus Eccl'ię. i. adulatorũ reſiſtit.

VI Forte ſatiſfaciũt anĩę in purgatorio ꝓ peccatis, Sed ꝙ deus a morituro plus ꝗ voluntariã mortẽ requirat, vaniſſima temeritate aſſeritur, quia nullis modis põt ꝓbari.

VII Neq; quid fides, neq; quid contritio, neq; quid liberum arbitriũ ſit, oſtendit ſe noſſe; Qui lib: arb. actuũ ſiue bonorũ, ſiue malorũ dñm eſſe balbutit, aut nõ ſola fide vbique iuſtificari, aut fidem nõ tolli ꝗlibet crimine ſomniat.

VIII Veritati & rationi cõtrariũ ẽ quidẽ, inuite morientes deficere in charitate, ideoq; pati horrorẽ purgatorij, mõ veritas & ratio ſit idẽ, q̃ opinio Theologiſtarũ.

IX Animas in purgatorio eſſe certas de ſalute ſua, nec gratiã i eis augeri, ſcimꝰ a theologiſtis aſſeri, ſed miramur doctiſſimos viros, ꝙ huiꝰ fidei ſuę rationẽ, nec ſtulto veriſimilẽ reddere poſſunt.

X Meritũ Chr̃i eſſe theſaurũ Eccl'ię, & ſanctorꝝ meritis iuuari certũ ẽ. Eſſe aũt theſaurũ indulgẽtiarꝝ nẽo niſi foedus adulator extrauagãtes a veritate & fictę quędam Eccl'ię praxes aut vſus ſimulant.

XI Dicere indulgẽtias eſſe bonũ Chr̃iano, ẽ inſanire, ſunt ẽm veriſſime opis boni vitiũ, & im ꝓbare indulgentias, debet Chr̃ianus ob abuſum, quia dñs dicit, ꝓpter me deleo iniquitates tuas, nõ ꝓpter pecunias.

XII Papā poſſe remittere, omnē pœnā ꝓ peccatis debitā huius & futurę vitę, & ꝙ indulgentię proſint, nō criminoſis, ſomniāt ſecure indoctiſſimi ſophiſtę, & peſtiferi adulatores, nō tñ vel nutu poſſunt oſtendere.

XIII Romanā Eccleſiā eſſe om̄ibus alijs ſuperiorē, ꝓbatur ex frigidiſſ. Ro. Pont. decretis, intra. cccc. annos natis, contra quę ſunt, hiſtorię approbatę. Mc. annoꝝ, textus ſcripturę diuinę, & decretū Niceni Concilij oīm ſacratiſſimi.

ANNO M. D. XIX.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th
6116

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN